na num. i. palatinus q̃ſi aule cuſtoſ: quia aſſidue eſt in
aula cum pꝛincipe.

A ulid⁹, da dũ penľ. coꝛꝛ. in aula exponiť.

A ulula le dimi. ꝑua aula: ꝛ coꝛꝛ. penul.

A uotb. i. villa vel ville. vñ numeri. xxxij. Quoſ appellauit
auotb tayꝛ. i. villas iayꝛ.

A ura. ab aer dr̃ bec aura re: qꝛ motu aeri fit aura. Leuis
enĩ motus aeris eſt aura ſm̃ Hug. Item aura dr̃ ſplen
doꝛ. vnde dr̃ auroꝛa re. ſ. initiũ diei clareſcenti: qꝛ fulgȝ
ſiue pꝛim⁹ ſplẽdoꝛ aeris: q̇ grece eos dr̃. vñ poti⁹ diciť
auroꝛa q̃ȝ eroꝛa: ꝛ aura ꝓ ſplẽdoꝛe q̃ȝ eoꝛa. ꝛ ab auro/
ra auroꝛo ras. Alij dicũt ꝙ ab aurũ auroꝛa fit: qꝛ babe/
at coloꝛem auri. ita dicit Hu. Pap̃. etiam dicit ꝙ aura
dicitur ab aere: agitatus enĩ aer auraȝ facit. Aura etiaȝ
diciť fauoꝛ. vnde v̓ſus: Aer ſplendoꝛeȝ: flatũ notet aura
fauorem. Hic animaduerte ꝙ ſm̃ v̓itatem radix vẽ/
ti eſt ex vapoꝛe qui aſcẽdit ex terra: ꝛ pꝛincipiũ eſſe ei⁹
eſt ex eo. materia eius eſt vapor tal̓ q̇ eſt frigidus ꝛ ſic/
cus: ſubtilitate ſua aerem tranſcendẽs: ꝛ qũ ſpiſſať fri/
giditate aeris foꝛtiter impleuit aerem: ſicut pleni⁹ dixi
in dialogo de q̃ſtionib⁹ anime ad ſpiritum. ꝛ in vent⁹
etiam vide.

A urata te fe. ge. quidaȝ piſcis qui in capite babet coloꝛeȝ
ſimilem auro. ꝛ diciť ab aurũ.

A urea. ab auis dr̃ bec aurea. i. frenũ: eo ꝙ circa aures po/

natur.Dicit etiam aureus aurea aureum adiectiuuꝫ.i.
de auro:⁊ tūc deriuat ab auꝝ.vñ verſus: Aurea frenat
equos: eſt aurea mobile nomē.

A ureola in virgo eſt.

A uricalcuꝫ.auꝝ cōponit cum calcos quod eſt es: ⁊ fit hꝰ
auricalcū ci: quoddaꝫ genꝰ metalli ex diuerſis cōflatuꝫ
ſic dictum:qꝛ habꝫ ſimilitudinē auri ⁊ eris: Auri ī ſplē
doꝛe: eris in duricia.vl' cōponit a calcos quod ē fex q̄ſi
fex auri Apoc.pmo:Et pedes eiꝰ ſimiles auricalco.

A uricomus ma mū:qui aureos habꝫ capillos.⁊ compo/
nit ab aurū ⁊ coma come:⁊ coꝛ.co auricomꝰ.

A uricularis.ab auris vel auricula dr hic auricularis vel
hꝰ auriculare minimus digitus: qꝛ eo aurem purgamꝰ
⁊ adiectiue inuenitur hic ⁊ hec auricularis ⁊ hoc auri/
culare:vt auricularis amicus.i.ſecretus.Dicit etiaꝫ au
ricularis:res ad aurem ptinēs:⁊ p eodē auricularius
ria rium:vt auricularius anulus. vl' auricularis qui in
aure fertur.⁊ hic auricularius.i.ſecretus conſiliatoꝛ:⁊
hec auricula que eſt ſecreta cōſiliatrix: quia ſecreta in
aure ſolēt dici.

A uriculariuma ſecreto: Reguꝫ ſcḋo capitulo.xxiij.Fecit
qꝫ eū ſibi dauid auriculariuma ſecreto.i. ſecretariuꝫ cō/
ſiliarinm:⁊ eſt vna ps indecl'.

A uricularius in auricularis vide.

A uriculatꝰ ta tum.i.magnas habēs auriculas: ab auri/
cula dicit.

A uricꝰ ca cū:res ptinens ad aures:ſicut dicimus auricos
pilos qui creſcūt in aure.⁊ dicitur ab auris: ⁊ coꝛripit
penaltimam.

A urifaber bꝛi maſ.ge.qui operatur in auro.⁊ ꝯponit ab
auro ⁊ faber:⁊ coꝛi.fa.

A urifex.anrum cōponit cū facio:⁊ dr hꝰ ⁊ hꝰ aurifex cis:
qui vl' que fac̄ auꝝ.vñ dic̄ Pap̄. Aurifex dictus qꝛ auꝝ
faciat.⁊ coꝛ.ri aurifex cis.

A urificina ne:fabꝛica aurificū.⁊ dr ab aurifex: ⁊ pducit
ci.Grecilmꝰ:Auꝛificia locꝰ in qͦ faber excoquit auruꝫ.

A urificiū cij:ipſū opus vel exercitiuꝫ quod fit in auro.⁊
dr ab aurifex cis.

A urifodina ne: locus vbi fodit aurum.⁊ cōponit ab au
⁊ fodio:⁊ pducit di.vnde in Greciſ.dr: Aurū quod fo
dit dici ſolet aurifodina.

A uriga ge maſ.ge.penl'.pdu.i.rectoꝛ currus: ab aure ⁊
rego gis vel ago gis: qꝛ regit equos freno: quaſi auris
auditu. Uel etiam auriga ab ago ⁊ rego dr: qꝛ agat ⁊
regat curruꝫ. Uel auriga dr ab haurio:qꝛ haurit.i.per
cutit equos iunctos.Et ſcias qꝫ ſicut ſe habet nauta ad
nauem regendum:ſic ſe habet auriga ad currum regē/
dum.ſed in naui regenda eſt eligendus nauta nō ſoꝛte
ſed arte:ergo in curru regendo eſt eligēdus auriga nō
ſoꝛte ſed arte.ſimiliter ⁊ rectoꝛ in ciuitate non ſoꝛte: ſꝫ
arte eſt eligendꝰ.

A urigraphia. aurū cōponit cū graphia qḋ eſt ſcriptura:
⁊ fit aurigraphia.i.aurea ſcriptura . vnde hic aurigra/
phus:qui aureā ſcripturā facit.

A aurilegium gij: locus vbi reponit aurum.ſ.theſaurus:
vbi legitur .i.colligitur aurum: ab aurum ⁊ lego legis
componitur.

A uripigmentū ti.aurum componitur cum pigmentum.
ti:genus terre ex quo fit quandoqꝫ vnguentum habēs
coloꝛē auri.

A uris fe.generis dr ab haurio ris: eo qꝫ hauriat ſonum.
Uel auris dr quaſi auide rapiens ſonum: vel ab audi
endo:⁊ eſt etymologia nō cōpoſitio ſm Hugu. Papi
as aūt ſic dic̄:Auris auide rapiēs vel hauriēs ſonū:vel
ab audiēdo.⁊ eſt etymo.nō cōpoſitio vt dixi.

A uriſcidꝰ di maſ.gene.i.artifex q̇ ſcindit auꝝ.⁊ componit
ab auꝝ ⁊ ſcindo: ⁊ coꝛripit ſci.

A uriſia ſie.i.cecitas:qua ſodomite circa domū Loth fue
rūt pcuſſi:Geneſ.xix.Sed melius videt dici aoꝛaſia ſie
ſicut dixi in aoꝛaſia.Et vt dic̄ magiſter in hiſtoꝛijs:auri
ſia vel aoꝛaſia vt habēt quidā libꝛi: eſt qñ homīes ha/
bent apertos ocl'os ⁊ non vidēt: qḋ magi faciūt in in/
cantatiōibus ſuis. Fit etiā aliquādo qꝫ homīes habēt
rem in manu ⁊ non vident: ⁊ hec eſt auriſia vl' aoꝛaſia
qua pcuſſi ſunt ſodomite vt dictū eſt. Item illi q̇ que/
rebant Helizeū qum eſſet cum eis: vt habet in quarto
Regū capitulo vj. Item diſcipuli dñi euntes ī Emaus
vt habet in Luca.xxiiij.Foꝛte hoc modo quādoqꝫ q̄ri
mus quod in manu tenemꝰ.

A uritus ta tum:qui magnas habet aures:ab aure dicit:
coꝛripit penultimā.

A uro ras raui rare ratū dicit ab auꝝ.⁊ cōponit cuꝫ in: ⁊
fit inauro ras: ⁊ cum de ⁊ fit deauro ras.i.auruꝫ alicui
rei ſuperponere.

A uroꝛa re in aure exponit ⁊ in crepuſculū.

A uroro ras raui rare.i.illuminare ab auroꝛa dr.

A urugo ginis: moꝛbꝰ regiꝰ ab auꝝ dicit: ⁊ ſcribit per au
in Papia. Uide etiā de hoc ſ in arugo fine v.

A urulentꝰ ta tum.i.plenꝰ auro: componit ab aurū ⁊ len/
tos.i.plenum.

A urū.ab aura pꝛo ſplendoꝛe dr hoc auꝝ ri:qꝛ pꝛe ceteris
metallis fulget: vel ab arion qḋ eſt ſuare: qꝛ pꝛe ceter
metallis ſeruat.Ab aurū dicit aureꝰ rea reuꝫ.i.de auro
exñs. Inde aureolus la lum.

A uruſpex cis gener coīs.i.diuinatoꝛ vel diuinatrix: ab
auſpiciendis auibꝰ dictus vel dicta. vnde ab aue ⁊ ſpe
cio videtur componi.

A uſpicatoꝛ.ab auſpicoꝛ caris dr hic auſpicatoꝛ.i.diuina
toꝛ. Inde auſpicatrix.i.diuinatrix:oꝛ in rix. Inuenitur
etiaꝫ auſpicato poſituꝫ aduerbialit.i opoꝛtune:oīo.vñ
Terētiꝰ ī Andria: Haud auſpicato huc me appuli.

A uſpiciū cij.i.diuinatio auiū:inſpectus vel bonꝰ euentꝰ.
⁊ dicit ab auſpicoꝛ caris.

A uſpicoꝛ.ab auſpex dr auſpicoꝛ caris.i.diuinare.vnde hꝰ
auſpicatio:⁊ hic auſpicatꝰ tus tui.

A uſter ſtri:ventus pflans a meridie:dictꝰ ſic ab haurien/
do aquas:nam nubila nutrit:⁊ aquas dat. ⁊ inde hic
⁊ hꝰ auſtralis ⁊ hoc auſtrale: ⁊ auſtrinꝰ na num: p eo/
deꝫ.Auſtralis plaga eſt q̄ eſt ab auſtro ſiue meridie.vñ
auſtralis.i.meridianus.⁊ hic auſtralis p quodā para/
lello: qui ⁊ bꝛumalis dicit.⁊ auſtro auſtras verbū acti
uuꝫ.i.humidare. Item ab auſter vel auſtrinꝰ auſtrino
nas.i.coꝛꝛumpere:vitiare: macruꝫ facere. Et eſt auſter
ventus adeo calidꝰ qꝫ etiam piſces dicit coꝛꝛumpere in
mari.vnde ⁊ auſtrinatꝰ ta tum: vt Auſtrinata anīalia
.i.macra.q̄ſi auſtro coꝛꝛupta.

A uſterus.ab auſter dicit auſterꝰ ra rum penl'.pdu. ⁊ hic
⁊ hec auſteris: ⁊ hꝰ re:in eodē ſenſu.i.aſper:qꝛ ille ventꝰ
aſper ⁊ inſuauis eſt.⁊ comparat:vt auſterioꝛ auſteriſ/
ſimꝰ:vnde auſtere vel auſterit auſteriꝰ riſſime aduerbi
uꝫ: ⁊ hec auſteritas tatis.i.aſperitas.

A uſtralis in auſter vide.

A uſtrino nas penul.pdu. in auſter exponit.

A uſtroaphꝛicꝰ ci maſ. gener quidā ventꝰ collateralis au
ſtro:ſic dictꝰ qꝛ ſit inter auſtꝝ ⁊ aphꝛicum.⁊ componit
ab auſtro ⁊ aphꝛicus.

A uſus ſus ſui.i.audacia:⁊ auſus ſa ſum mobiliter: ab au
deo des neutropaſſiuo.

A ut cōiunctio ꝑ t: ꝛ ſine aſpiratiōe: Haud aduerbiū neⸯ gandi ꝑ d: ꝛ cum aſpiratōe ſcribiť.

A utenticus.ab autoꝛ quod ſignificat autētim dicitᷣ autē ticus ca cū: ꝛ hic ꝛ hec autoꝛizabilis a hoc le in eodem ſenſu: factū autenticum.vľ autoꝛizabile dᷣ quod.ſ. fit autoꝛitate ſapientis vel ſapientum: vt hō autenticus vel autoꝛizabilis.i.autoꝛitatis cui credi debet. Dicitur etiam autenticus.i.nobilis. ꝛ ab autenticus dicunť hͦ autentica quidā liber legalis ſic dictus: quia in eo cō tinenť autentica dicta.

A utoꝛ toꝛis cōmunis ge.in auctoꝛ ꝑ ꝛ vide.

A utoꝛitas tatis ſine c ſcribitur. ꝛ deriuať ab autoꝛ quod ſignifnificat autentiꝫ. ꝛ eſt autoꝛitas ſentētia imitatōe digna.vel autoꝛitas ꝓut ſumitur in topicis eſt iudiciū ſapientis in ſentētia ſua.vnde a rei iudicio ſolet talˀ loⸯ cus denominari: vtˀ Plato dicˀ celū eſſe volubile: ergo ita eſt: qꝛ qͦ videť alicui ſapiēti ꝛ experto in ſua ſcientia credēdū eſt ſic eē iuxta illud: Experto crede magiſtro.

A utoꝛizabilis in autētic⁹ vide.

A utoꝛizo.ab autoꝛ qͦ ſignificat autētim deriuať autoⸯ rizo zas: ꝛ autoꝛo ras ī eodē ſenſu.i.affirmo: autēticū facio. Et ſunt actiua illa verba. ꝛ iñ vbalia.

A utoꝛo ras.ab autoꝛ quod ſignificat autētiꝫ.i.autoꝛitaⸯ tem deriuať autoꝛo ras.i.affirmo: autenticum facio. ꝛ componitur cum ex: ꝛ fit exautoꝛo ras.i.extra autoꝛita tem facere vel ponere.vnde Quintili.de cauſis: Exauⸯ toꝛatus manus aruis agreſti laboꝛe ſubegit. Exautoⸯ ratus hic ponitur ꝓ extra autoꝛitatē poſit⁹. Accipitur etiam ꝓ delere. vnde Macrobi⁹ de ſaturnalib⁹: Exⸯ autoꝛata tñ ſequēti etate.

A utūnus ni a tempeſtate dᷣ: qꝛ ſepe tūc fit quādo folia cadūt ꝛ omnia matureſcūt. Uel dᷣ autūnus ab augen do vel ab autumādo: nā autūnare eſt colligere. Et ſciⸯ as ꝙ quattuoꝛ ſunt tꝑa anni.ſ.ver eſtas autūnus: hyⸯ ems. Uer eſtas calidū ꝛ humidū: Eſtas calida ꝛ ſicca Autumnus eſt frigidus ꝛ ſiccus. Hyems eſt frigida ꝛ humida.vide in eſtas.

A utumo mas maui mare componitur ex timo quod eſt mens: ꝛ ab: mutato b in v. ꝛ eſt autumare affirmare: putare: ſuſpicare: credere: quaſi a mente ſic habere ꝛ credere.vnde hec autuma me.i.exiſtimatio. ꝛ eſt verbū actiū: ꝛ coꝛ.tu.

A unculus li: frater matris: ſicut patruus frater patris pꝛopꝛie.vnde verſus: Patruus a patre pendet: auunⸯ culus a genitrice.

A uus aui dᷣ ab auar⁹: qꝛ auoꝛū ſit auere.i.deſiderare ꝛ eſſe auaros.vel auus ab euo.i. ab antiquitate dicitᷣ. vñ hec auia auie matris vľ patriſ mater. Auus componiť cū ꝓ ꝛ dicitᷣ hic ꝓauus.i.pater aui quaſi pꝛope auum: vnde hec ꝓauia pꝛoauie eius vxoꝛ. Item abauus.i. pa ter pꝛoaui quaſi longe ab auo: vnde hec abauia eius vxoꝛ. Item atau⁹ ataui abaui pater: vñ hec atauia eius vxoꝛ. Itē tritauus tritaui.i.ataui pater: quaſi tetrauus .i.quartus ab auo: vnde hec tritauia eius vxoꝛ. ꝛ coꝛriⸯ pit pꝛimā auuſ.vnde Oui.epiſto.viij. Tu quoqꝫ habes pelopeꝫ pꝛoauum pelopiſqꝫ genteꝫ. Nota hic diligēⸯ ter oꝛdinē in cognatōe: Pater: auus: pꝛoauuſ: abauus atauus: tritau⁹ qͦ eſt vltimū ꝛ ſuperius nomē cogna tionis. Familia enī oꝛitur a patre ꝛ termiať ī tritauo. poſtea dicim⁹ maioꝛes. Iteꝫ pater: filius: nepos: quaſi natus poſt filium: pnepos.i. ꝓpe nepotem vel poꝛro natus a filio. abnepos quaſi lōge a nepote nā ſeiūgiť a nepote medio ꝓnepote: atnepos: trinepos: qͣſi tetrane pos quia poſt nepotem eſt quartus in oꝛdine, poſtea dicimus minores.

A uxeſis ſis.i. augmentum ꝛ pꝛopꝛie dictionis ab augeo auges dicitur.

A uxiliarius rij in auxiliū exponiť.

A uxilium.ab augeo ges dicitᷣ hoc auxiliū lij: qꝛ ꝑ auxiⸯ lium aliqͦ augeť. ꝛ eſt auxilium qͦ ab extraneis dať ſubſidiū qͦ poſtea ſupuenit: pꝛeſidium aūt loco vtili poſitū.vñ hic ꝛ hec auxiliaris ꝛ hoc re: ꝛ auxiliarius ria rium: qui vľ que vľ qͦ pōt ꝑhere auxilium: ꝛ auxi liatoꝛ⁹ ria rium: ꝓ eodeꝫ. Itē ab auxiliū auxilioꝛ aris atus ſum vbum deponētale. ꝛ cōſtruitur cū actō ī dtō vt auxilioꝛ te ꝛ tibi.vnde auxiliās antis pticipiū: ꝛ hic auxiliatoꝛ auxiliatrix auxiliatio: ꝛ hoc auxiliamē mis: ꝛ hic ꝛ hec auxiliabilis ꝛ hoc le: idē qͦ auxiliari⁹. ꝛ cōⸯ poniť cum cō ꝛ fit coauxilioꝛ aris. Et debēt pꝛonūcia ari pdicta ſicut auxit ab augeo auges: ꝛ ſicut dixit a diⸯ co cis: ꝛ luxit a lugeo luges vľ lucea luceo. nā omnia pꝛedicta ſcribunť per x: nō ꝑ s. ꝛ x eſt duplex cōſonās: ꝛ non liqueſcit in ꝓſa nec in metro: qꝛ ſemꝑ facit poſiⸯ tiōeꝫ.nec in ſono: qꝛ nūqꝫ ꝓferri debet ad modū s in ſo no liqueſcētis vt in aſilus.

A uxilla ab augeo auges dᷣ hec auxilla le.i.olla vľ mēſuⸯ ra paꝝ maioꝛ qꝫ iuſta.vñ hec auxillula le dimi.i. ꝑua ol la vľ ꝑua talˀ mēſura.

A uxillula le penul.coꝛ.in auxilla vide.

A uxit.i.augmētauit ꝑteritū de augeo ges. ſed hauſit ꝑ s ꝛ ī traxit ꝑteritū de haurio ris.

## A ante X

A xa filia caleph fuit.

A xioma matis neu.ge.i.dignitas. Inde axiomaticus ca cum.i.dignitatem habens ſm Hug. Pap.etiā dicˀ: Axi oma matis.i.dignitas ꝛ ꝓducit o. Inuenitur etiā anxi oma matis ꝑ n in ꝑma ſyllaba.vnde dicit Hug. Ab anⸯ go gis vel angēs hoc anxioma matis: cōcatenatio loⸯ quēdi ſicut ſunt ſophiſmata. Pap.vͦ ſic dicˀ: Anxioma ta ꝓloquia ꝛ maxime ꝓpoſitiones in topic]. Anxioma obnoxium veritati aut falſitati: vt Cicero diſputat: ciⸯ cero non diſputat.

A xiomaticus in axioma vide.

A xis celi ē ſeptētrionalis linea recta per mediā plagam ſpere trāſiens ſm Pap. ꝛ eſt maſ.ge.

A xunga ge: idē qͦ axungia.vide in axungia.

A xungia gie: fe.ge.i.venter poꝛci vel alterius rei.vñ maⸯ cer de viribus herbaꝝ: Si poꝛcina vet⁹ axungia iūgitur illi. Inueniť etiā axunga ge in eodeꝫ ſenſu. ꝛ vtraqꝫ dᷣ ab anxioꝛ aris: qꝛ reddit hominē anxiū. vñ axungari⁹ ria rium ad anxungiam ptinēs vľ axungiam vendens Et axungio gias.i.axungia vngere vel axungiā ꝑhere. ꝛ cōponitur vt exaxungio gias.i.axungiam auferre.vľ axungia.i.vnguentum poꝛci de abungo giſ.vnde dicit Pap. Axungia pinguedo ab vnxione dicta.

## A ante Z

A zabel interꝑtať fluēs ſanguinē: vel ſterqͥliniū dᷣ.

A zaria interꝑtať auxiliū domini.idē ꝛ abdenago: qͦ in terꝑtať ſeruiens taceo.

A zimus ma mum.i.ſyncerus ſine fermēto. ꝛ cōponitur a ſimos qͦ ē fermētū: ꝛ a qͦ ꝛ ſine. Aplˀus ad coꝛinth. Non in fermēto malicie ꝛ neqͥtie ſꝫ in azimis ſyncerita tis ꝛ veritatis. ꝛ coꝛ.zi.vñ in auroꝛa: Azima mādat ſeⸯ pteꝫ comedēda dieb⁹.

A zonus.ab a qͦ eſt ſine ꝛ zona cōponiť azon⁹ na num.i. ſine zona vel extra zonā.vnde azoni dicūtur dij extra

zonam zodiaci manētes. Silr̃ ſigna dicūť azona q̄ nō ꝯtinenť intra zonā zodiaci.⁊ ꝓducit penultimā azonꝰ ſicut zona primā.

b Aal nomē idoli cuiuſdā.vide in belus.

Babel interꝑtať ꝯfuſio. vnde babylon vel babylonia:ciuitas vbi olim hoīes turrim edificantes diſperſi ſūt:īmiſſa diuinitus ꝯfuſiōe linguaꝝ inter eos.vnde babylonia:regio. ⁊ babylonius nia niuz:nomē patriū vel gentile.Et ſcias ꝙ ſic narrat Hieronimꝰ Babylon ē metropolis chaldeoꝝ: cuiꝰ muri xvj.milia paſſuū ꝑ quadrū ab angulo ad angulū: qđ eſt ſil'.lxiiij.milia.ſ.q̄draginduabꝰ leugl: ⁊ duabꝰ vnius leuge ꝑtibꝰ tendebanť. Ibi turris trium miliū paſſuuz in altitudine: ⁊ duabꝰ leugis a lato in anguſtū.Et quia vt hētur Geneſ.xj.ibi ꝯfuſum eſt labiū: hebraice babel grece dr̃ babylon. Ibi nabuchodonoſor fuit rex potētiſſimꝰ:qui inter cetera etiā Iudeaz captiuauit. Inter alias beſtias ibi habitātes dicunť ibi habitare ſtrutiones ⁊ dracones. Deſtructa enī fuit a medis ⁊ ꝑſis: nec poſtea eſt edificata.ſed dr̃ in media eiꝰ eſſe lacꝰ ſpentibus plenꝰ: ⁊ arbuſta in quibꝰ odibiles beſtie ⁊ aues ⁊ venatio regia: ⁊ inhabitabilis ē ꝓpter portenta. Due ciuitates apud medos dicunť facte ex ea.ſ.Theſiphon ⁊ Seleucia.vide in pena ⁊ in chaldei.Et ſcias ꝙ medi ⁊ perſi ſubiecti erant babylonijs ⁊ chaldeis. ſ; poſtea exigente ſuꝑbia chaldeoꝝ: deſtructa eſt babylon a Cyro ſiue ꝑſis ⁊ medis.vnde ſuꝑ illō Iſa.xlvij. Uenient tibi hec duo ſubito ī vna die:ſterilitas ⁊ viduitas.dic̄ glo. Subito de improuiſo veniēte Cyro ⁊ Dario. non eniz metuebat babylon vt a medis ⁊ ꝑſis qui illiꝰ cōꝑatiōe quaſi nulliꝰ erant fortitudīs vt ab ipſis ſubiectis poſſet ſuꝑari. deſpectum eniz ⁊ ſubiectū populū chaldei non timebant.

Babylonia nie in babel vide.

Bacca ce ꝑ duo c: eſt fructꝰ oliue ⁊ etiaz lauri. Poniť tñ q̄nq; ꝓ quolibet fructu: ⁊ p̄cipue arboꝝ ſilueſtriū. Inueniť etiā bacca ꝓ gemma p̄cioſa:vt in auiano: Quid nitido preciū cortice bacca daret: ⁊ inde baccatꝰ ta tuz .i.baccis lapidibꝰ adornatꝰ. Uel ſm primā ſignificatiōnē.i.de fructu baccaꝝ abundās vel paſtꝰ.

Baccar caris fe.ge.herba faſcinū pellens: ⁊ dr̃ a bacca ce. vñ Uir.in bucol'. Baccare cinge caput.

Bacculū li ge.neu.feretꝝ in quo mortui deferunť. ⁊ dr̃ a bacca bacce.

Bacha bache:ſacerdotiſſa bachi a bachus dr̃: ⁊ ꝓducit p̄maz: ⁊ ſcribiť tm̃ ꝑ vnuz c.

Bachanalia.a bachꝰ dr̃ pluraliter hec bachanalia bachanalia bachanaliū vl' bachanalioꝝ.i.feſta bachi. Iuuenal': Qui curiꝰ ſimulāt ⁊ bachanalia viuūt. ⁊ poniť h̄ nomē ꝓ aduerbio.i.bachanal'r.i. furioſe ad modū ſacrificantiū bacho:in cuiꝰ feſtl inſanire ſolēt.

Bachania nie.i.furor a bachus dr̃.

Bacharīz rij neu.ge.quoddā vas vinariū. ⁊ dr̃ a bachꝰ. ⁊ idē diciť hec bachāna ne fe.ge.

Bacheꝰ chea cheuz diciť a bacho. ⁊ dr̃ bacheꝰ de bacho exiſtens.vel ſit poſſeſſiuuz. ⁊ in eodē ſenſu bachicꝰ bachica bachicum.

Bachides bachidis: ꝓꝑum nomē viri: de quo habeť in libro Macha. ⁊ corripit penul. vñ in aurora: Alchimꝰ h̄ ſpacio rediēs cuz bachide pugnās ⁊c̄.

Bachinal lis generl neu.i.torcular:preſſoriuz: ⁊ diciť a bachus bachi.

Bachis bachidis fe.ge.femina colens feſtum bachi.ſ.ſacerdotiſſa eius: que etiaz hec bacha dicitur. ⁊ dicitur a bachus bachi.

Bachius a bachus diciť hic bachius chij: quidaz pes metricus quo in feſtis bachi vtebantur. Et cōſtat ex p̄ma breui: ⁊ duabꝰ ſequētibꝰ lōgis: vt poete.vñ verſus: Adbreuiat primā: mediaz ꝓducit ⁊ imaz Bachiꝰ: eſt antibachiꝰ hoſtis ei. Itez a bachus deriuať hoc bachium chij: feſtum bachi. ⁊ bachium diciť paruus vrceus quo vtebanť in feſto bachi ad vinum tenēdū: ſed poſtea in vſus aq̄rios tranſijt.

Bachor.a bachus diciť bachor bacharis.i.furere.vñ v̄balia. ⁊ cōponiť cū de ⁊ diciť debachor aris.i.valde furere: vl' a furore ceſſare. ⁊ ꝓdu ba.

Bachula le penul.corr.dimi.ꝑua bacha.

Bachus bachi diciť deus vini: ⁊ poniť q̄nq; ꝓ ipſo vino ⁊ ꝓducit primaz. vnde Cato: Cuz venere ⁊ bacho lis eſt: ſ; iuncta voluptas.

Baculus li diciť a bacho ſm Iſidoruz: q; ab ipſo bacho diciť reꝑtus: q; homines moti vino: baculo initebanť. vel dr̃ a baiulo las. ⁊ a baculus diciť baculo las.i.ꝑcutere baculo. qđ cōponiť cum de: ⁊ dr̃ debaculo las.

Badius badij: equs quē antiq̄ vadiū dicebāt. ⁊ diciť a baiulo las: q; nos baiulet. Uel badius dr̃ quaſi vadius a vado vadis: q; fortius vadat inter cetera animalia.

Bafer fra frum.i.groſſus vl' agreſtis.

Baben ornamētum ē colli ex anulis aureis cōfectū: Baben enim grece corona latine: ſm Rabanū.

Baia.a baiulo las dr̃ hec baia baie: portus. vnde baie baiaꝝ ciuitas in Italia iuxta mare: q; ibi ſit locus portuoſus ⁊ delectabilis. vnde baianus baiana baianum: nomen patrium.

Baiulo las laui lare.i.portare: ſuſtētare. ⁊ dicunt quidaz ꝙ ē ſimplex: ⁊ ſic debet eē duplex ꝯſonās. vnde falſus eſſet ſic ille verſus: Cloto colū baiulat: latheſis trahit: atropos occat. debet enī p̄ma huius verbi baiulo ꝓduci. Alij v̄o dicūt ꝙ eſt cōpoſitū ex baſis ⁊ Iulus qui fuit filiꝰ Enee: qui baiulatꝰ fuit ab enea. Et inde baiulare: quaſi Iulū portare ⁊ ſuſtētare. ⁊ poniť ibi ſimpliciť ꝓ portare. Uel baiulare diciť a baſis ⁊ Iulus: q; ip̄e fuit baſis.i.ſuſtētamētum patris: ⁊ ſic primā corripit. De hoc dixi in prima parte vbi egi de i littera. Et inde verbalia: ⁊ h̄ baiulꝰ li: ꝓ portitore ⁊ ꝓ nutritore ⁊ ꝓ baculo ad baiulandū apto dr̃: ⁊ pro portu: q; ibi merces baiulantur. Itē a baiulo las dr̃ baiulatꝰ baiulata baiulatum.i.portatus.

Baiulum baiuli generis neutri.i.frenum: a baiulo baiulas: q; eo equs baiulať.

Baiunola le lectus qui ī itinere baiulatur. ⁊ dicitur a baiulo baiulas.

Bala le interpretať inueterata: fuit enī ancilla Rachel'.

Balaam interꝑtať vanus populus.

Balach interꝑtať p̄cipitans ſiue deuorās.

Balanatus in balanus vide.

Balanite.a balanꝰ vel balanū: pluraliter balanite balanitaꝝ.i.vue vel vites inſtar glandiū vuas faciētes grandes. vñ h̄ balanitides: hꝰ balanitidis: gēma precioſa.

Balanō grece: latine glans dr̃.

Balās.a balo las dr̃ balātis ꝑticipiū generiſ omīs: ⁊ hec balans balātis ꝓ oue.

Balanꝰ Balanō grece: latine glans dr̃. Inde hic balanꝰ ni: penul.corr. q̄daz arbor. Et vt dicūt genꝰ ē quercinū.

vñ h̄ balanū ni: ꝑ fructu ⁊ ꝑ vnguēto iñ ſcō: vñ balanatꝰ ta tū: balano vnctꝰ: ſʒ Hug. Quidā dicūt ꝙ balanꝰ ē caſtanea cocta. ſ. baloſa ⁊ corripit la.

Balatro tronis. i. clamoroſus: ioculator. vñ Hora. in ſermonibꝰ: Medici mane balatrones. ⁊ dr̄ a balo las. Uel balatrones ſʒ quoſdaʒ dicūt ꝓdigi ⁊ leccatores a Suilio balatrone: cuiꝰ fac̄ mētiōeʒ in vltio ſmōe. Sʒ ſʒ hāc ſignificatiōeʒ meliꝰ dr̄ baratro baratronis a baratruʒ. ⁊ apte baratro baratrōis. i. leccator dr̄ baratrū: qꝛ. ſ. oia baratro. i. vētri cōmittit.

Balatꝰ tui maſ. ge. a balo las: ⁊ ē ḋtiū ⁊ ꝓdu. la.

Balbutio tis tiui tire: male ⁊ trepide loq̄ ⁊ in ꝯgrue. ⁊ dr̄ a balbeo bes: ⁊ ꝓdu. bu.

Balducta huiꝰ balducte fe. ge. dicit̄ lac p̄ſſuʒ a fero. ſ. mutata. ⁊ dicit̄ balducta q̄ſi valde ducta: quia valde preſſa eſt ⁊ ducta.

Balea. a balin dr̄ h̄ balea lee. i. funda vl̄ inſtrumētuʒ qḋ vulgo vocat̄ baleſtꝛ. vnde hic balearius rij: ⁊ hic baleator. i. fundator vl̄ baliſtor.

Balearis. a balea dr̄ hic ⁊ hec balearis ⁊ hoc baleare. i. cū balea iactabile. Inuenit̄ etiā balearis ꝑ funda. ⁊ deriuat̄ tūc a nomīe inſule. Baleros enim vl̄ balerica vl̄ balearis inſula eſt hiſpanie. ⁊ ſunt due. ſ. aphroſiades: ⁊ gemmaſiades maior ⁊ minor. vnde ⁊ eas vulgus maioricā ⁊ minoricā vocāt. In hiſ īſul̄ p̄mū repta ē fūda. vñ balearis dicta ē funda. ⁊ balearis dicta eſt tal̄ īſula Et ī vtraq; ſignificatiōe a balin a quo balea. ⁊ a balea baleos vl̄ balerica vl̄ balearis: a quo hic ⁊ hec balearis ⁊ hoc baleare gentile.

Balena ne: q̇dam magnꝰ piſcis dr̄ a balin qḋ eſt effundē vl̄ iacere: quia effundat vl̄ iaciat aq̄ huc ⁊ illuc altius cūctis beſtijs maris. ⁊ ꝓdu. penul.

Baleſtrū. a balin dr̄ hoc baleſtrū ſtri. vnde baleſtro ſtras: ſtrare. i. cū baleſtro aliquid ꝓijcere vel ꝑcutere.

Balin grece latīe dr̄ iacere ſiue emittere vl̄ effūdere.

Balinō greci: balneū latini dicūt: qꝛ anxietatē anū tollat a balin ⁊ noys quod eſt mens: qꝛ iaciat anxietatem d̄ mēte. Hinc hoc balneum balnei a leuatiōe meror̄ dr̄. Inuenitur autē in fe. ge. balnee balnearū. Inde h̄ balnerīuʒ balnerij: ⁊ balneatoriū torij: ambo ꝑ loco in quo balneat̄. ⁊ ē balneo as v̄buʒ actiū cuʒ oībus ſuis cōpoſitis ſiqua iueniātur.

Baliſta ſte: genus eſt tormēti. Et videt̄ eē cōpoſitū a balin ⁊ haſta: torquet̄ enim v̄bere neruor̄: ⁊ iacit haſtas ⁊ ſaxa. vñ hic baliſtariꝰ rij qui baliſtas facit: vel qui iacit cum eis. Utrum ars baliſtarioruʒ ſit licita: de hoc habes in coronas.

Ballo las laui lare. i. huc ⁊ illuc iclinare. ⁊ ponit̄ q̄nq; ab ſoſute. ſ. ꝑ vacillare. ⁊ dr̄ a baiulo las.

Balneolū li dimi. ꝑuuʒ balneū.

Balneū balnei in balinon exponit̄.

Balo las laui lare v̄bū neutꝛ: ⁊ eſt ḋtiū. ⁊ cōponit̄ cū de: ⁊ dr̄ debalo las: valde balare: ⁊ ꝓdu. ba.

Balſamꝰ ſami fe. ge. i. arbor. vñ hoc balſamū ſami: lignuʒ vel fructꝰ vl̄ liquor eius. Et ſcias ꝙ ml̄tiplex vnguentū balſamꝰ affert. Primū eſt precioſiꝰ alijs qḋ ſpōte manat de folijs: ⁊ illud vocat̄ balſamū. Secūdū eſt carpobalſamū vl̄ xirobalſamum Tercium eſt opobalſamū. Quarttū eſt foliobalſamū. Quītuʒ ē calobalſamū vel xilobalſmuʒ. Et ꝓbat̄ ſic an ſit corruptū balſamū vl̄ nō Si ferat̄ in manu cōtra ſoleʒ ꝑurit carneʒ ſi nō eſt corruptū. Et a balſamū balſamatꝰ ta tuʒ. i. balſamo inūctꝰ Qḋ etiā pōt eē participiū. nā balſamo mas. i. balſamo īungere. ⁊ eſt actiū. Quod cōponit̄ cuʒ in: ⁊ fit inbalſamo as. i. valde balſamo inūngere ſimiliter actiū. ⁊ corripit ſa ſm Hug. Pap. vō ⁊ Iſidorus dicunt: Balſami arbor ī iudea inter terminos tm̄ viginti iugerum erat: poſtea q̄ eadem regione romani potiti ſunt etiam latiſſimis collibus ꝓpagata eſt: ſtirpe ſimilī viti: folijs ſimilis rute ſed albioribꝰ: ſemꝑq; manātibꝰ. Arbor aūt balſamuʒ: lignum eius xilobalſamū dr̄. Fructꝰ eius ſiue ſemen carpobalſamū: carpos enī fructus dr̄: ſuccꝰ opobalſamū. vide ī vnguo vnguis.

Balterio ris riui rire. i. cingere v̄bū actiuū: a balteꝰ tei dr̄.

Balteꝰ tei maſ. ge. ī plurali iuenit̄ maſ. ⁊ neu. ge. hi baltei: ⁊ hec baltea. ⁊ eſt balteus cingulū militare: ſic dictus quaſi pendēs: qꝛ ex eo ſigna dependēt ad mōſtrādū legionis militaris ſummā. i. ſex milium ſexcentor̄: ex quo numero ⁊ ipi cōſiſtūt. vnde ⁊ balteus dicit̄ nō tm̄ qḋ cingit: ſed etiaʒ a quo arma dependent: Iob. xij. Balteum regū diſſoluit: ⁊ p̄cingit fune renes eor̄. ⁊ corri. penul. vnde hic balteolus li dimi. ⁊ balteatus ta tum balteo ornatus. Aurora: Balteus eſt carnis macies: cando: q; pudicꝰ.

Baluſtriū ſtrij: locꝰ vbi ſunt ml̄ta balnea quaſi luſtratus balneis. ⁊ cōponit̄ a balneū: ⁊ hoc verbo luſtro ſtras.

Bamoth īterp̄tat̄ euētus mortis.

Baptiſmus inſ̄pretat̄ tinctio: dictus a baptes qḋ eſt flumē vel aqua: vel etiā ſacrū: vnde hoc baptiſma matis idem: ⁊ baptizo zas v̄bum actiuuʒ cū omnibus ſuis cōpoſitis: vñ verbalia ſm hug. Et ſcias ꝙ inuenit̄ in euangelio in neutro ge. hoc baptiſmū mi. vñ Matt. xxj. Baptiſmū Iohānis vñ erat: Pap. ſic dic̄: Baptiſmus intinctio lauatio interp̄tatur: q̄ ideo tinctio dr̄: qꝛ ibi homo ſpiritu gratie in meliꝰ mutatur: ⁊ longe aliud q̄ erat efficit̄. Pro lauare vl̄ mūdare ſumit̄ baptizo: Eccleſiaſtici xxxiiij. Qui baptizat̄ a mortuo: ⁊ iterū tangit mortuuʒ q̇d ꝓficit lauatio illius: Et nota ꝙ forma baptiſmi eſt iſta: Ego baptizo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Forma enī cōpletia rei mediuʒ eſt quodāmodo inter māʒ quā perficit: ⁊ cauſam efficientē aqua ꝑficit̄: vt v̄tus efficientis mediāte forma ad materiā traducat̄. ⁊ qꝛ mediū ꝯplectit̄ aliq̊ mō vtrūq; extremor̄: ideo forma baptiſmi cōtinet p̄ncipale efficiens. vñ baptiſmus efficaciaʒ hʒ ⁊ māʒ baptiſmi proximaʒ q̄ eſt actus abſolutiōis. ⁊ ideo ponit̄: In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: tāq̄ principale efficiens a quo baptiſmꝰ efficaciam hʒ. ⁊ ponit̄ actꝰ maťial̄ ⁊ ea q̄ circūſtant ipm. ſ. cōferēs ⁊ recipiēs in hoc ꝙ dicit: Ego babtizo te. Iteʒ volo te ſcire ꝙ vnꝰ actus q̄ vno agente expleri pōt non ꝓgredit̄ a pluribus agentibus ſimul. ⁊ ideo vnus baptizans qū ipſe ſolꝰ baptizare poſſit debʒ ſignificare actū ſuuʒ non a pluribꝰ exeunteʒ ſʒ vt a ſe ſolo. ⁊ ideo non pōt dici: Nos baptizamus. ſʒ ſm quoſdaʒ pōt dici: Ego baptizo vos ſi neceſſitas aſſit. nec eſt aliqua forme mutatio q̄tuʒ ad ſignificatiōeʒ: qꝛ plurale nō eſt niſi ſingulare geminatuʒ. Itē aiaduerte ꝙ lʒ in verbis prime ⁊ ſecūde perſone intelligat̄ ntūs certus: tñ apponi debet Ego: qꝛ forma ſacramētor̄ nō accipiūt voces vt ſignificatiue tm̄ ſʒ vt effectiue. Et qꝛ nihil agit niſi ſcōm ꝙ perfectuʒ eſt: ideo de integritate forme baptiſmal̄ ē vt ponatur totū qḋ ad baptiſmuʒ requirit̄: q̄uis vnū ex alio intelligi pōt.

Circa aūt materiaʒ nota ꝙ ex inſtitutiōe diuina neceſſarium eſt fieri baptiſmū in qua cuiꝰ rationes quattuor accipi poſſunt. Prima: qꝛ aqua ratione diaphoneitatis habet aliquod de lumine: ⁊ ita cōpetit baptiſmo qui habʒ vim illuminatiuam ſm ꝙ in eo gratia cō

ferꝭ Secũda ē:qꝛ ratione humiditatis habꝫ vim ablu/
tiuam:ꝛ iō cōpetit baptiſmo in quo ſordes culpe ablu/
unꝭ ſiue mũdanꝭ. Tertia eſt:qꝛ aqua in omnibꝰ mũdi
partibꝰ inuenitꝭ. Quarta ē:qꝛ res ē q̄ de facili ab oibꝰ
pōt haberi ſine magno p̃cio.ꝛ he due cauſe cōpetũt ſi/
bi ꝓut ē ſacramētũ neceſſitatis. Scire etiā debes ꝙ
diuerſitas aquaꝝ q̄ eſt ꝑ loca ꝛ ſitꝰ ē dꝛia accidētalis.
vñ nō mutat ſpeciem aque: ꝛ ideo in q̄libꝫ aqua huiōi
vl' maris vel fluminis vl' ciſterne vl' fontis vl' ſtagni pōt
fieri baptiſmꝰ. veruꝫ ſi aq̄ paludis eſſet intm̃ igroſſata
ꝙ recederet a veritate aque: nō eſſet baptiſmus ſicut
ſi eſſet lutum: alias adhuc eſſet baptiſmus: qꝛ adhuc
ſpecies aque manet. Itē ſi baptizareꝭ aliq̇s i mari ſola:
illa aqua maris pertinet ad baptiſmum:que poteſt ha
bere aliquē affectũ in baptizato vel in lauando vel in/
frigidādo ꝛ non totum mare. Item baptiſmus poteſt
fieri in lixiuio ſicut ꝛ in aquis ſulphureis ꝛ in aq̇s alijs
que ex terra per quaꝫ tranſeunt imutaꝭ. In aqua autē
artificiali non pōt baptiſmus fieri. Aqua vero artificia
lis vt roſacea ē alterius ſpeciei q̄ꝫ aqua nālis. Po/
teſt etiaꝫ queri:an intentio vl' volũtas requiratur i bap
tizando. Ad hoc dico ꝙ baptizatus duo recipit in bap/
tiſmo.ſ.ſacramentum ꝛ rem ſacramēti.ſed ad hec duo
recipienda non requiritur aliq̇d cauſans ex parte reci
pientis:ſed ſolum impedimētum remouēs: qꝺ quideꝫ
impedimentum nihil eſt aliud q̄ꝫ voluntas contraria
alteri predictoꝝ.ꝛ ideo in adultis ꝛ in habētibus vſũ
rationis in quibus poteſt eſſe cōtraria voluntas actu
vel habitu: requiritur ꝛ cōtritio vel deuotio ad perci/
piendam rem ſacramenti ꝛ intētio vel voluntas ad re
cipiendũ ſacramentum. In pueris auteꝫ abſq̃ vtroq̃:
ꝑcipitur ꝛ ſacramentuꝫ ꝛ res ſacramenti. Similiter ē
in carentibus vſu rationis: niſi voluntas contraria ha/
bitui inſit ꝛ ſi non actu. Tñ ſciendũ eſt ꝙ non req̇riꝭ i
adulto voluntas abſoluta ſuſcipiendi quod eccleſia ↄ/
fert: ſed ſufficit voluntas cōditionata:ſicut eſt involũ/
tarijs mixtis: vt diciꝭ in tertio ethicoꝝ.ꝛ ideo ſi ſit co/
actio ſufficiens ita ꝙ principium ſit ex toto extraneuꝫ
conferenti vim paſſio: vt quꝫ aliquis reclamans imer/
gitur violenter: tunc talis nec ſacramentũ recipit nec
rē ſacramēti. Si aũt ſit coactio inducēs ſicꝭ minis vl' fla/
gellis:ita ꝙ baptizatꝰ potiꝰ eligat baptiſmũ ſuſcipe q̄ꝫ
talia pati:tũc ſuſcipit ſacramētum ꝛ characterē:ſꝫ non
rē ſacramēti. Itē ſcias ꝙ i puer! nō pōt eē ↄ̄ꝛia volũ/
tas nec actu nec habitu:ꝛ ideo nō req̇riꝭ itentio vl' vo/
lũtas in eis q̄ ꝓhibēs remoueaꝭ. In amētibꝰ aũt ꝛ doꝛ
mientibus poteſt eſſe volũtas cōtraria habitual': quā/
uis nō ſit actual'.ꝛ ideo ſi ante ſonũ vel furiaꝫ fuerunt
cōtrarie voluntatis:nō recipiunt ſacramentuꝫ: qꝛ illa
volũtas habitualiter manet adhuc. Si aũt hubuerunt
ꝓpoſitũ accipiēdi baptiſmũ:ꝛ hoc ꝑ aliq̄ ſigna inotuit:
tũc in articulo neceſſitatis debet eis cōferri baptiſmus
ꝛ ſuſcipiunt ſacramētũ ꝛ rē ſacramēti:etiaꝫ ſi furioſus
tũc ↄ̄ dicat: qꝛ illa cōtradictio nō ꝓcedit vulũtate rōis
ſꝫ quā eſt capax baptiſmalis gratie. Si aũt neceſſitas ñ
ſit: debet in furioſis expectari luciduꝫ interuallũ:vel in
doꝛmientibus vigilia.tñ ſi baptizaretur in ſtatu illo ſa/
cramētũ ſuſcipit:q̄ꝫuis peccet baptizans. Itē ↄſueuit
q̄ri an intētio baptizātis req̇raꝭ ad baptiſmũ:ꝛ videꝭ ꝙ
nō:qꝛ intētio hominis nō ē alicui certa niſi ſibi. Si auteꝫ
req̇riꝭ itētio ad baptiſmũ:ñ erit certũ ꝺ aliq° ꝙ ſit bap
tizatꝰ niſi apud eũ q̇ baptizauit:ꝛ h̄ ē icōueniēs ꝙ hō ſit
in tanto dubio ſalutis. Reſponſio: ꝙ vniꝰ rei vna ſit cā
ſi ex aliq̇bus pluribus cauſis vnus effectus pꝛocedat:
opoꝛtet ꝙ ille cauſe ſint facte alō modo vnũ ad inuicē
Ad affectũ aũt ſacramēti videmꝰ multa ↄcurrere.ſ.mi/
niſtꝝ:foꝛmā verboꝝ:ꝛ mām. Hec aũt nō poſſunt colli
gari ad inuicē vt ſit vna cauſa: niſi ꝑ intentionē bapti/
zanti:qui.ſ.foꝛmā ad mām applicat.ſuuꝫ ꝟo miniſteri/
um ad vtrũq̃:ꝛ totũ hoc ꝑtinet ad ſacramēti collatōeꝫ
ꝛ iō req̇riꝭ intētio baptizātis. ꝛ ſil'r etiā in omnibꝰ alijs
ſacramētis req̇riꝭ itētio miſtri cũ debita mā ꝛ foꝛma:ñ
ſolum ad effectũ ſacramēti ↄſequendũ:ſꝫ ad ſacramen
ti ꝑceptionē. Ad obiectũ aũt ſm̃ diuerſas opiniōes
dupliciꝭ rñderi poteſt. Quidā eniꝫ dicũt:ꝙ ſi deſit mē/
talis intentio i baptizante:non ↄfert ſacamentũ bapti/
ſmi:tñ in adulto ſupplet fides ꝛ deuotio effectũ bapti
ſmi:vt periculũ ex hoc ipſi baptixato q̇ ignoꝛat intenti
oneꝫ baptizātis nullũ ꝓueniat. Si aũt ſit puer:tũc cre/
ditur pie ꝙ ſũmus ſacerdos.ſ.deꝰ defectũ ſuppleat ꝛ ſa
lutē ei ↄferat. Si aũt nō facit: nō iniuſte facit:ſicut nec
in illo q̇ ſacr̄o nō obijciꝭ. Alij dicũt ꝙ in baptiſmo ꝛ i
alijs q̄ habēt in foꝛma actuꝫ exercitatũ nō req̇riꝭ men/
talis intētio:ſed ſufficit intentōis exꝑ̄ſſio ꝑ verba ab ec
cleſia inſtituta.ꝛ ideo ſi foꝛma ſuaꝭ nec aliq̇d exterius
dr̄ qꝺ intentionē ↄtrariā expꝛimat: baptizatꝰ eſt. Non
eniꝫ ſine cā in ſacramētis neceſſitatis.ſ. in baptiſmo et
quibuſdā alijſ actus baptizātis tam ſollicite expꝛeſſus
eſt ad intentōis expꝛeſſionē. Et attēde ꝙ qñ ↄſuetudo
eccleſie patiꝭ: vel qñ incũbit neceſſitas ꝓpter defectuꝫ
aque ſiue ꝓpter periculũ pueri de cuiꝰ moꝛte timeaꝭ vl'
etiam ꝓpter imbecillitatē ſacerdotis non potentis ſu/
ſtentare infantē:poteſt baptiſmꝰ ſine immerſione cele/
bꝛari. Itē ſi ſit caput aſperſũ aqua:in totuꝫ coꝛpꝰ aſper
ſio deputaꝭ:ſicut etiam iuriſte dicũt:ꝙ vbi caput hoīs
iacet:reputaꝭ ac ſi totus homo iacuiſſet vel ſepultꝰ eēt
ibideꝫ. Non ſic autē de alijs partibꝰ. Tria aũt ſunt
baptiſmata.ſ.fluminis:flaminis:ꝛ ſanguinis.i.aque peniten
tie ꝛ martyrij. Nolo etiā te ignoꝛare ꝙ baptiſmꝰ in/
ter alia ſacramēta eſt maxie neceſſariꝰ: ꝛ ideo ea q̄ ad
neceſſitatē ſacramēti baptiſmi requirunꝭ debuerũt eē
cōmuniſſima: ꝛ ex parte māe.ſ.aque que vbiq̃ haberi
pōt:ꝛ ex parte miniſtri:vt quilꝫ homo baptizare poſſit
ꝛ ſic ſanctificatio māe ꝛ bñdictio pꝛecedens baptiſmũ
nō eſt de neceſſitate ſacr̄i:ſꝫ de ſolēnitate quā ñ licet ꝑ
termittere ꝓpter ecclie inſtōneꝫ. ita etiā oꝛdinatio mi/
niſtri ñ ē ꝺ nec̄itate ſacr̄i ſꝫ de ſolēnitate.ſꝫ peccat ſi ali
q̇s nō oꝛdinatꝰ batizet niſi nec̄itate iminēte: tñ ſacr̄m
ↄfert. Angeli autē in figura hũana apparētes boni vel
mali:baptizare nō poſſunt. Baptiſmꝰ iterari nō dꝫ:
ſicut nec ↄfirmatio vel oꝛdo. In his enī tribꝰ ſacramē/
tis charater indelibilis imꝑ̄miꝭ. vide in character in c
lr̄a. Penitētia autē iterari pōt:ſicut dicā in penitētia.
Quare aũt pena coꝛpoꝛal' remaneat poſt baptiſmũ di
cam i oꝛigineꝰ. Item vide i clauis.

Baptiſta ſte maſc.ge.qui baptizat:a baptizo zas.ꝛ videꝭ
eſſe nomē officij.

Baptiſterium rij.i.ſtatio baptiſmal'.ꝛ componiꝭ a ſterion
qꝺ eſt ſtatio ꝛ baptiſma: ꝛ diciꝭ tam pꝛo baptiſmate q̄ꝫ
ꝓ loco:qꝺ ꝛ hoc baptizatoꝛiũ dr̄.

Bar lingua ſyria filius interpꝛetaꝭ.

Barach intepꝛetaꝭ fulgurans.

Brachias interpꝛetaꝭ benedictꝰ domini:vel benedictus
dominꝰ.

Bratro nis:vide ſupꝛa i balatro nis.

Baratruꝫ baratri eſt nomē nimie altitudinis ꝛ ꝓfundita
tis:ꝛ diciꝭ baratruꝫ quaſi voratꝝ.i.voꝛago atra ex ꝓfũ
ditate:qꝛ oīa deuoꝛat. Et dr̄ baratꝝ quādoq̃ infernus

quãdoq̄ ꝓfundiſſimꝰ locus inferni: ĩ quo nulla eſt redemptio: qñdoq̄ foſſa: qñq̄ gurges võtiginoſꝰ: qñq̄ võter: qñq̄ ẽt ꝓfũdꝰ puteus in quẽ excreatores ꝑcipitant̃. ⁊ coꝛꝛ. penul. natraliter vnde quidam: Hoc etiam baratruꝫ quoniaꝫ voꝛat omnia dico.

Barba be dr̃ quaſi virana a viro q2 viroꝝ ſit ⁊ non mulierũ. ⁊ eſt ꝓprie barba hominũ: barbe alioꝝ animalium. vnde barbatꝰ ta tum: quod ⁊ p ſapiente dr̃. nam ⁊ olim philoſophi in ſignũ ſapiẽtie ſolebãt paſcere barbam. ⁊ barbatus habẽs barbã longã dr̃.

Barbanꝰ ni. i. patruus penul. ꝓdu. a barba dr̃.

Barbaria barbarie dicta eſt quedam terra iuxta greciam ꝓpter excellentiam crudelitatis. ⁊ dicitur a barbarus: ⁊ accuit̃ penultima.

Barbaries riei: regio barbaroꝝ a barbarꝰ dr̃.

Barbariſmꝰ riſmi ↄponit̃ a barbarꝰ ⁊ mos: q̄ſi ↄſuetudo ⁊ mos barbaroꝝ. ſ. vitiuꝫ quod cõſiſtit in cõiũctione litterarum ĩ ſyllaba vel ſyllabarum in dictiõe: vel ĩ eaꝝ accidẽtibꝰ: quo vitio maxime barbari ſolẽt vti. ⁊ ideo ab eoꝝ cõſuetudine habuit nomẽ. Uel cõponit̃ barbariſmꝰ a barba ⁊ rure ⁊ moꝛe: q̄ſi mos ⁊ ↄſuetudo barbe rudis durioꝛ ⁊ ruris. quia. n. ruricule: vtpote inculti ⁊ duri: rudes ⁊ incultas ſolent habere barbas: ideo ad eius moꝛis ſimilitudinem. barbariſmus dr̃ vitiũ ĩ dcõe q̄ non eſt culta ſua ꝓprietate. Barbariſmꝰ aũt ſi eſt in cõmuni ſermone ſine ratione vitiuꝫ eſt: ⁊ eſt vitandus Si aũt in poemate fiat vel in aliquo ꝓſaico dictamine aliqua ratiõabili de cauſa figura erit. ⁊ dicet̃ methaplaſmus ſm̃ Hug. ⁊ h̓ vult donatus qui dicit: Barbariſmus ẽ vna pſoꝛatiõis vitioſa: in cõmuni ſermone in poemate methaplaſmus. Et fit barbariſmus ĩ ꝓpꝛia lingua: Barbarolexis in aliena. Fit autẽ barbariſmus duobus modis. ſ. ꝓnunciatione: ⁊ ſcripto. His bipertitis vt dicit Donatꝰ quatuoꝛ ſpẽs ſupponũtur: additio: detractio: ĩmutatio: ⁊ trãſit mutatiõe littere ac ſyllabe tꝑis toni ⁊ aſpiratiõis. Uide in ſoloeciſmꝰ.

Barizo ꝫas. i. crudeliter agere vl̓ barbariſmũ facere ⁊ dicitur a barbarus vel a barbariſmꝰ. ⁊ vt breuiter eiꝰ ſignificatio aperiatnr: barbarizare eſt moꝛe barbaroꝛum vti in quacumq̄ re.

Barbarolexis eſt aliene lingue coꝛꝛuptio: ⁊ dicitur a barbarus ⁊ lexis quod eſt ſermo. ⁊ differta barbariſmo: quia barbariſmus eſt coꝛꝛuptio ꝓpꝛie lingue: vt ſi grecus coꝛꝛũpat liguã grecã: latinꝰ latinaꝫ. Barbarolexis võ eſt coꝛꝛuptio aliene lingue: vt ſi grecꝰ coꝛꝛumperet latinam linguam: vel latinus grecam. Confunditur tñ quãdoq̄ hec ꝓpꝛietas.

Barbaroſtomꝰ ſtomi: q̇ verba plena barbariſmis ꝓfert: a barbariſmꝰ: ⁊ thomos quod eſt diuiſio vl̓ inciſio. ſ. os: quaſi q̇ in oꝛe habet barbariſmos.

Barbarus. a barba dr̃ barbarus ra ruꝫ: crudelis: incultꝰ auſterus: ſtolidus: ⁊ eſt nomẽ crudelitatꝭ ⁊ auſteritatꝭ vñ olim gẽtes oẽs dicte ſunt barbare ꝑter grecos ⁊ latinos. vñ ⁊ barbaricus ca cum: ⁊ barbaratinꝰ na nũ: in eodeꝫ ſenſu ſm̃ Hug. Pap̃. võ dicit: Barbarꝰ incultus vulgarꝭ: ĩpitꝰ: extraneus: a barbara ⁊ rure. ⁊ coꝛꝛ. penl̃.

Barbatꝰ ta tũ in barba exponit̃.

Barbatulus la lũ: penl̃. coꝛꝛ. dimi. i. paꝝ barbatꝰ.

Barbitiſta ſte ge. cõmunis: qui vl̓ que cantat cũ barbito a barbitus dicitur.

Barbitondium dij. i. tonſura barbare: vel locus vbi tondetur. ⁊ cõponit̃ a barba ⁊ tondeo des.

Barbitonſoꝛ ſoꝛis: qui barbã tondet: vt barbarius a barba ⁊ tonſoꝛ cõponit̃.

Barbitus a barrus ri dr̃ hic barbitus ti: quod etiam hoc barbituꝫ inuenitur. ſ. quoddaꝫ inſtrumẽtuꝫ muſicuꝫ q̄ſi barritus: q2 de oſſibus barroꝝ fiat.

Barbula le dimi. ꝑua barba.

Barca a baiulo las dr̃ hec barca ce: ꝑua nauis merces ad littus poꝛtãs. vnde hec barcula le: ⁊ barcella le dimi. ⁊ hic barcarius rij. q̇ barcas fac̃ vl̓ duc̃.

Barcella le dimi. ꝑua barca.

Bardus di: ſtultus: hebes: ineptus: tardus: q̄ ⁊ alio nomine dicit̃ blennus. Bardus etiã in alia ſumit̃ ſignificatiõe p cantore laudis vl̓ populo. vñ Lucanus: Plurima ſecuri fudiſtiſ carmina bardi. vnde dicti ſũt longobardi: vel per ſyncopaꝫ lombardi: quaſi longibardi. vl̓ a longis barbis quas ſolebat nutrire ⁊ nõ tondere. vñ lombardia vel longobardia: ꝓuincia quã poſſiderũt̓: A cuius nomine modo ſumit̃ gẽtile lõgobardꝰ da dũ. vel lombardꝰ da duꝫ.

Barginus na nũ: ⁊ hic ⁊ hec barginis ⁊ hoc ne. i. alienigena: ꝑegrinus ⁊ barbarus: vel gens vel genitus. Uel bargines dicũt̃ foꝛtes in bello a baro ⁊ ago vl̓ genitus q2 admodũ baronũ ſe agant: vel ſint foꝛtes q̄ſi eſſent geniti a baronibus: ⁊ coꝛꝛ. gi.

Bary grece: latine graue vel foꝛte dr̃.

Baria a bary greco quod eſt graue vel foꝛte dicit̃ hec baria rie. i. grauis linea ſũmo ſiniſtre õpoſita ĩ dextrã ⁊ ẽ vna de decẽ figuris accẽtuuꝫ q̄ ꝓ vboꝝ diſtĩctionibꝰ a grecis apponũtur ⁊ fit ita.

Bariona. Bar lingua ſyra filius: iona lingua ebꝛaica columba interꝑtat̃. Inde bariona filius columbe. vel debet dici bariohãna. i. filius Iohãnis. Bar enĩ filiꝰ interꝑtat̃: iohãna. i. iohãnis. vñ Hiero. exponẽs illð Matt. xvj. Beatus es ſimon bariona. Mercedẽ inq̇t recepit vba cõfeſſio: ⁊ ex cõfeſſione ſoꝛtit̃ vocabulũ qð reuelatiõeꝫ ex ſpirituſancto habeat cuiꝰ ⁊ filius appellãdus ſit Siq̇deꝫ bariona in noſtra lingua ſonat filiꝰ colũbe. Alij ſimplicit̃ accipiũt ꝙ ſymõ. i. petrꝰ ſit filiꝰ iohãnis iuxta alterius loci ĩterrogatiõeꝫ: Simon iohãnis diligis me: ⁊ volunt ſcriptoꝝ vitio depꝛauatuꝫ vt ꝓ bariohanna hoc eſt filio iohãnis bariona ſcriptũ ſit: vna detracta ſyllaba. Iohãna autẽ interpꝛetat̃ domini gratia Utrũq̄ aũt nomen myſtice intelligi põt: q2 ⁊ colũba ſpiritumſanctum: ⁊ gratia dei donuꝫ ſignificat ſpũale.

Bariptes gẽma ẽ nigra cũ ſãguineis ⁊ albis notꝭ.

Barnabas leuites cyprus genere: vnꝰ de ſeptuaginta duobus domini diſcipulis. Pauli apl̃i in pꝛedicatõe ſocius fuit. vñ ⁊ qñq̄ largo mõ appellat̃ apoſtolꝰ: hic interꝑtatur filius ꝓphete: vel filiꝰ cõſolatiõis. Ipſe eniꝫ ꝓphetie ſpiritus claruit. Ip̃e etiaꝫ paupes ⁊ deſolatos cõſolatus fuit: Paupes videlicꝫ quibus elemoſynam detulit: Deſolatos quibus ex parte apoſtoloꝝ ep̃lam deſtinauit De ipſo dicit Lucas actuũ xj. Erat vir bonꝰ ſpiſituſſancto plenus ⁊ fide.

Baro a barrus dr̃ hic baro onis: q2 ſicut elephas cetera animalia magnitudine ſupat: ita baro alios ꝑcellit homines. Uel quod melius ẽ dr̃ a bary: q2 grauiſ ⁊ foꝛtis hõ dicit̃ baro: ⁊ denotat nobilitatem ⁊ foꝛtitudinem: quandoq̄ foꝛtitudinẽ ſolaꝫ. vñ in greciſmo: Eſt bary foꝛtis baroq̄ mõſtrat idem.

Baroniſſa ſe: vxoꝛ baronis vel virago. ſ. baronis habens animũ. ⁊ dicit̃ a baro

Barrabas interpꝛetatnr filius magiſtri eoꝝ: a bar quod ẽ filius: ⁊ rabi qð eſt magiſter: ⁊ ab is ꝓnomĩe vl̓ a greco ei equipollenti. vñ barrabas. i. filius magiſtri eoꝝ ꝓculdubio iudeoꝝ magiſtri q̄ eſt diabolus: homicidi

orū auctor q̄ vſq; hodie regnat i eis. ⁊ grauat' penl'. qn̄ ē declinabile: ⁊ an̄penul'. acuit'. ſ; qn̄ ē indeclinabile acuit' vltia barraban: huius barrabā: ſicut Jonathā: huius ionathā.

Barrid⁹. i. ſupbus: a barrus dicit'.

Barrio ris riui ritum. i. clamare: elephantis eſt ⁊ dicitur a barrus.

Barritus tus: vox elephantis a barrio ris dicitur ⁊ producit penultimā.

Barrus a bary quod eſt graue vel forte dicit' hic barrus ri. i. elephas q; grauis eſt ⁊ fortis: ⁊ eſt nomen ficticiū a ſono tractū.

Bartholomeus. a bar quod eſt filius: ⁊ tholos quod eſt ſummitas: ⁊ moys quod eſt aqua dicit' bartholomeus ſm vnam interp̄tationē eſt filius ſuſpendētis aq̄s. i. dei qui mentes doctoꝝ ſurſum eleuat: ⁊ inferius aq̄s diſtillat. Uel inťp̄tat' fili⁹ ſuſpēdentis me: ⁊ eſt ſyꝝ nomē: nō hebreū. Per p̄mū notat' ꝓfunditas ⁊ pſpicacitas ſue ſapiētie. Per ſecūdū vo notat' triplex ſuſpēdiū qḋ ip̄e habuit Fuit eni ſuſpenſ⁹. i. eleuat⁹ ab amore mūdi vel ſuſpenſus. i. inuentus amore celeſti: vt poſſet dicere cū Job: Suſpēdiū elegit aīa mea. Uel ſuſpenſus. i. totaliter innixus gratie ⁊ auxilio dei: vt nō a ſuis meritis ſed a dei adiutorio tota vita ſua depēdeat: vt poſſ; dicere cū apoſtolo: Gratia dei ſu; id qḋ ſum: ⁊ gratia eius in me vacua nō fuit.

Baruncul⁹ li penul. corr. dimi. paru⁹ baro.

Baruth interp̄tat' fulgurās.

Baſan accētuat' i fine. ⁊ eſt n littera finalis: ⁊ interp̄tat' ſiccitas vel cōfuſio.

Baſilea lee. i. eccleſia a baſileus dr̄.

Bſileos. a baſis ⁊ laos quod eſt popul⁹ dr̄ baſileos quod verſum in latinum dicitur baſileus. i. rex vl' imparator q; eſt fuſtētamētū populi. vnde baſilea eccleſia ⁊ baſilla ⁊ baſiliſſa. i. regina: ⁊ baſiliſc⁹ rex ſerpētū.

Bſileus in baſileos vide.

Baſilica ce penul. corripit: domus regia. ſ. palatiū regis vel imparatoris. ſed modo per tranſlationē dicit' baſilica eccleſia: quia eſt palatiū ſummi regis regū ⁊ dr̄ a baſileus lei.

Baſilicanus na nū. i. palatinus vel etiā eccleſiaſtic⁹ ⁊ dr̄ a baſilica: ⁊ ꝓducit ca.

Baſilice aduer. i. iūcte. fortit' ⁊ dr̄ a baſileos.

Baſiliſca ſce eſt herba q̄ ⁊ gētiana dr̄: cui⁹ radix dat fortitudinē ⁊ ſanitatem oībus vtētib⁹ ea: ⁊ dr̄ a baſis.

Baſiliſcus ci: dicit' a baſileos Secūdū aut Jſido. ety. xii. Baſiliſcus grece latine interp̄tat' regulus: eo ꝙ rex ſerpentum ſit: adeo vt eū videntes fugiāt: q; olfactu ſuo eos necat. Naz hominē ſi aſpiciat interimit. Siquidē eius aſpectum nulla auis volans illeſa tranſit. ſ; q̄uis ꝓcul ſit ab ei⁹ ore cōbuſta deuorat': a muſtelis tn̄ vicit' q̄s illis hoīes inferūt cauernis qb⁹ deliteſcūt: Jtaq; ea muſtela viſa fugit: quē illa pſeq̄t' ⁊ occidit. Nihil. n. parēs ipſe creator rex ſine remedio cōſtituit. Eſt autē longitudine ſemipedalis albis maculis lineatus. Sibilus idē ē qḋ regul⁹: Sibilo enī occidit anteq̄ⱥ mordeat vel exurat.

Baſis: hui⁹ baſis fe. ge. nomen fortiſſime petre lingua ſyroꝝ. vnde baſis dicit' fultura columnaꝝ. ſ. quod ſupponitur illis. Epiſtilium dicit' quod ſuperponit' illis: quod quandoq; ponit' pro columna. Baſis etiam dicitur extremitas plante ſm Hug. Pap. vero ſic dicit: Baſis ſeſſio columnarum: confirmatio fundamēti: nomen petre duriſſime.

Baſium ſiĳ dr̄ a baſan qḋ interp̄tat' pinguedo: q; pl⁹ delectat in pinguiori oſculū. vide in oſculū.

Baſſan interp̄tat' pinguedo.

Baſſaris dis fe. ge. a baſſa dr̄ quod eſt ouis pīguis. ⁊ ſunt baſſarides vacce mulſarie ⁊ vberes. Baſſarides etiā ſt ſacerdotiſſe bachi a bacho dicte. ⁊ corripit hanc ſyllabam ri baſſaris.

Baſſus. baſſan interp̄tat' pinguedo: vnde baſſus ſa ſū .i. nō altus: q; pinguedo nō ſinit multū in altū creſcere. vnde baſſo ſas verbū actiuū. i. deponere: dep̄mere. ⁊ inde h̄ baſſa ſe: ouis pinguis.

Baſterna ne eſt teca manualis vel vehiculū itineris: q̄ſi veſterna: q; mollib⁹ veſtib⁹ ſternit': ⁊ a duob⁹ aīalib⁹ trahit' vbi nobiles femie deferunt'.

Batha bathe ſiue beth apud hebreos dr̄ mola olearia.

Batera re: gen⁹ patere a batus dr̄.

Bath hebraice: linū dr̄ latine.

Bathin dicunt' veſtes linee. ſ. brace linee vſq; ad genua ptingentes qb⁹ veręda ſacerdotis velabant'. ⁊ eſt indeclinabile in ſingulari. ⁊ in plurali eſt feminini generl. de hoc etiā habet' in Daniele. ⁊ dicit' a bath quod eſt linū ſm Hugu.

Batillū li p geminū l: thuribulū: pala: iſtrumentū quo colligunt' carbones: ⁊ corripit primā. vn̄ Doro. Preterea ⁊ batū clauū pruneq; batillū. Jnuenit' hic batill⁹ li dimi. a batus. i. puus bat⁹.

Batus: hec bata ſiue beth apud hebreos dr̄ mola olearia vn̄ hic batus ti: quedā menſura capiēs q̄nquaginta ſextarios: que mēſura mole vna vice ſupducit'. Uel ſm Hieronymū: batus q̄ hebraice dr̄ beth: eadē menſura eſt q̄ ⁊ ephi. ſ. triū modioꝝ: ⁊ deputat' tm̄ liq̄dis ꝓpe l; ⁊ in alĳs reb⁹ talis mēſura habeat'. Ezechiel'. xlv. dicit': Ephi ⁊ bat⁹ equalia ⁊ eiuſdē mēſure erūt.

Bdelliū lĳ arbor aromatica dr̄: ⁊ etiā ꝓ gūmi accipit'. vn̄ dic' glo. ſup illḋ geneſ'. ĳ. Jbiq; inuenit' bdelliū. Scḋm Pliniū bedelliū ē arbor aromatica magnitudie olee: cui⁹ lachryma lucida: guſtu amara: boni odoris: ſ; odoratior infuſiōe boni vini. Bdelliū etiā eſt gen⁹ lapidis ſicut dic' Priſ. in p̄mo maioris volumis.

## B ante E

Beatifico cas. i. beatū facere: verbū actiuū a beatū ⁊ facio Et inde verbalia.

Beatitas tatis fe. ge. idē eſt qḋ beatitudo. vn̄ Aug. in. x. libro de ci. dei: Alternāte ſepe beatitate ⁊ miſeria. ⁊ format' a beat⁹ ti: addita tas.

Beatul⁹ la lum dimi. aliquantulū beatus.

Beat⁹ ta tū a beo beas dr̄. ⁊ eſt beat⁹ cui oīa ſuppetūt ad votū: ille. ſ. qui hēt que vult ⁊ non ea que nō vult: ⁊ nihil mali vult. vn̄ dicit beatus Auguſtin⁹: Beat⁹ nō eſt niſi qui ⁊ habꝫ oīa que vult: ⁊ nihil vult mali. Jlle q̄ppe beate viuit qui viuit ⁊ vult nec male aliquid vult. ⁊ dicit' beat⁹ q̄ſi bene auct⁹ uel apt⁹. ⁊ cōpat' beatior beatiſſim⁹: ⁊ a genitiuo beati addita tudo: h̄ beatitudo dr̄ Et eſt beatitudo ſtat⁹ oīum bonoꝝ cōgregatōe pfect⁹. Jbi enī ⁊ q̄cq̄d amabit' aderit: nec deſiderabit' qḋ non aderit. omne qḋ ibi erit bonū erit: ⁊ ſumm⁹ de⁹ ſummū bonū erit: ⁊ qḋ eſt oīno beatiſſimū. ita fore ſemp certum erit ſm Auguſtinū. Et ſcias ꝙ beatudo vera non pōt inueniri in delicĳs: nec in diuicĳs: nec in honorib⁹ mūdanis: l; quidā eam i predict] poſuerūt. vn̄ in Job dr̄: Non inuenit' in terra ſuauit' viuentiū. Abyſſus dicit: Nō in me ē. ⁊ mare loq̄t': Nō ē mecū. Nō inuenit' inq̄t i t̄ra ſuauit' ⁊ carnalr viuentiū. ⁊ ita ñ inueīt' i de-

litijs: Abyſſus.i.auarus ſine ſuſtentamēto: qꝛ nūq̄ dicꝛ ſufficit.i.per opa dicere ſe oſtendit. Beatitudo vera in me nō eſt: ⁊ ita nō inuenit in diuitijs. ⁊ mare.i.ſuꝑbus ad modū maris tumēs loquit.i.ꝑ opa loqui ſe oſtēdit Sapia dei ⁊ beatitudo nō eſt mecū: ⁊ ita nō inuenit in ſuꝑbis ⁊ mūdanis honoribꝰ: qꝛ verꝰ beatitudinis ſūme honor nulli denegabit digno: nulli ꝯcedit indigno. vide in vita: ⁊ in defunctus: ⁊ in oratio: ⁊ in ſanctus.

Beemoth hebraice: latine aīal ſonat: beſtia ignota eſt: idō aūt beemoth.i.aīal diabolꝰ dr: qꝛ de excelſis ad terrena cadens ꝓprio merito animal brutū eſt factus ipſe ē leuiathan.i. ſerpēs de aquis qui ī huius ſeculi mari volubili verſat aſtutia.

Beel dicitur mors.

Bel: idolum aſſyrioꝝ: in belus vide.

Bele dicitur mens.

Belial: in belus exponitur.

Bellarium.a bellus quod eſt dimi.de bonus dr hoc bellarium rij.i.omne genus cibi ſecūde menſe ſicut ſūt poma ⁊ nuces q̄ extremiꝰ apponunt. Prima quidē mēſa ē carniū: ſcd̄a fructuū: ſed carnes p̄ualēt fructibꝰ: idōq̄ bellariū ſumit a diminutione: vt notet diminutio boni tatl. vñ Macrobiꝰ de ſaturnalibꝰ: Adhuc dicēt eſurio ſecūde mēſe allata ſunt bellaria.

Bellaticus ca cum: in bellum vide.

Bellax cis: in bellum exponitur.

Belliger. bellum cōponit cum gero geris: ⁊ dicit belliger gera gerū: penult. corre. qui gerit bellū. vnde belligero ras vrbū neu.i.bellare: Michee.iiij. Et nō deſcēdet vltra belligerare.

Bellipotens.a bellū ⁊ potēs ꝯponit hic ⁊ hec bellipotēs ꝓ deo vel dea belli. ⁊ bellipotens ſilr ge.ois ꝓ potēti ⁊ forti in bello: ⁊ corripit po.

Bello las laui dr a bellū: ⁊ eſt verbū neu. ⁊ nūq̄ deponē. ⁊ ꝯponit vt debello las.i.expugno: ⁊ eſt actiuū.

Bellona ne: dea belli.a bellum dicitur.

Bellulum li dimi.ꝑuum bellū: ⁊ corr.penl.

